



Theologiæ Spiritualis Scholasticæ Et Moralis Tomvs ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Joannis Duns Scoti D. Augustino Conformem

In quo tractatur de Providentia Divina, Prædestinatione & Reprobatione.
Item de Fide Divina, ejus veritate, obscuritate & credibilitate

Bosco, Jean a

Antverpiae, 1686

Concl. II. Concurrentibus in eundem intellectum lumine gloriæ & motivo
Fidei, non elicitur, saltem de potentia ordinaria, ejusdem rei visio &
obscura notitia. Sed neque tertia quædam notitia, ex ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73708)

*Mysteria
fidei sub-
stant ratio-
ni prudentis
credibilita-
tis.*

strum, & tamen credenda sunt. Dicit aliquis, Eccl. 19. v. 4. scriptum est: *Qui credit cito, levis corde est.* Sed cito & leviter credit, qui sine ratione credit. Distinguo subitumprum: qui sine ratione prudentis credibilitatis credit; Concedo: sine ratione naturali, quæ sit clara & evidens cognitio rei, quæ creditur, Nego subitumprum.

*10.
Obscuritas
fidei consi-
stet in ca-
rentia evi-
dentia.*

Itaque obscuritas, & inevidentia fidei consistit in carentia claritatis, & evidentia. Hæc autem claritas duplex est, una, quæ oritur ex ipsius terminis secundum se spectatis, qualem habent prima principia, v. g. *Omne totum est majus sua parte: Quodlibet est, vel non est, ad quam reducitur ea, quam habent objecta sensuum, & objecta cognitionis intuitiva Angelicæ.* Alia est, quæ provenit ex demonstratione à priori, vel posteriori. Et per consequens, obscuritas, & inevidentia, de qua in præfati, consistit in carentia utriusque claritatis, & evidentia. Notat etiam Del Castil. hic disp. 4. num. 7. quod duplicem possumus intelligere obscuritatem, & inevidentiam in objecto fidei, unam extrinsecam, quæ consistit in eo, quod objectum, quod creditur, non sit evidens, & non demonstretur simul ex alio capite. Aliam intrinsecam, quæ convenit ipsi objecto, prout est objectum hujus actus fidei; & hæc est duplex; alia formalis, quæ consistit in ipsa formali negatione evidentia; & alia fundamentalis, seu radicalis, quæ est ipsum objectum, à nobis per revelationem passivam obscuram apprehensum, ex quo resultat talis formalis negatio.

*Del Castil.
Alia extrin-
secam, alia
intrinsecam.*

*Hæc alia
formalis,
alia radica-
lis.*

Atque hanc duplicem inevidentiam, seu obscuritatem docet præfatus Auctor sup. num. 10. esse essentialiter & intrinsecam objecto, prout est objectum fidei. Probat, quia locutio Dei, inquantum revelat mysteria fidei, essentialiter est inevidens fundamentaliter, & formaliter: ergo objectum, prout fidei, essentialiter est obscurum fundamentaliter, & formaliter. Consequentia patet, quia objectum fidei solum est illud, quod nobis per revelationem ostenditur, alias possemus absque revelatione credere, quod est falsum. Antecedens probatur; quia locutio Dei, prout revelat mysteria fidei, distinguitur per hoc (ut sup. adhuc dictum fuit) à locutione Dei, quæ per infusionem specierum quidditarum, & luminis gloriæ, vel per infusionem ipsius scientiæ quidditivæ loquitur Beatis, & aliquando viatoribus, quod per has loquitur per signa non ad placitum, sed naturalia, quæ sunt evidentia tam fundamentaliter, quam formaliter; at verò per illam, scilicet per revelationem, loquitur per signa, quæ vel sunt solum ad placitum, vel si sunt naturalia, sunt aliena, vel universalia, de quorum ratione est inevidentia tam fundamentalis, quam formalis; quia sunt entia positiva, de se non includentia evidentiam, & claritatem signorum naturalium in particulari, tam ex parte sui, quam ex parte formalis negationis evidentia, sibi adjunctæ, sive negatio sit infinitans, sive in proprio genere, quæ dicitur privatio:

*11.
Vtriusque
competit ob-
jecto fidei.*

ergo locutio Dei, inquantum revelat mysteria fidei, est essentialiter obscura, tam fundamen- taliter, quam formaliter. Hæc ille. Dicitur autem, *In quantum revelat &c.* five quatenus formaliter est testimonium divinum, quia quæ est tale ens, v. g. vox, scriptura, aut aliud simile signum, potest esse evidens; sed illa evidentia non obstat assensui veræ fidei, ut ostendimus Sect. 1. Conclus. 6. Vide ibi dicta. Et ratio breviter est; quia relinquit inevidentiam intrinsecam objecti, tam formalem, quam radicalem. Et quoniam objectum scientiæ naturalis, quæ propriè talis est, habet evidentiam intrinsecam, tam formalem, quam radicalem, hoc est, evidentiam rei; ideo, ut habet Conclusio, claritate vincit fidem, quoniam certitudine fides eam excedat, ut suo loco explicabitur.

Impræfatiarum quæro, an etiam fides necessariò habeat inevidentiam extrinsecam supra descriptam, id est, an objectum fidei creditum non possit simul ex alio capite demonstrari, seu videri. Pro resolutione ponitur

CONCLUSIO II

Concurrentibus in eundem intellectum lumine gloriæ, & motivo fidei, non elicitur, saltem de potentia ordinaria, ejusdem rei visio, & obscura notitia. Sed neque tertia quædam notitia ex ambabus mixta.

Est satis communis, & videtur certa ex Apostolo 1. Cor. 13. v. 10. *Cum autem venierit, quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est.* Et quoniam Paulus non expresse nominat fidem, equidem de ea intelligenda esse, quæ ibi dicitur, contextus haud obscure significat. *Charitas* (inquit num. 8.) *nunquam excidit; sive prophetia evacuabitur, sive lingua cessabit, sive scientia destruetur.* Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit, quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est. Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Quando autem factus sum vir, evacuabam, quæ erant parvuli. Videamus nunc per speculum in enigmate; tunc autem facie ad faciem. Quis non videt, ea dici de illa cognitione, quam habemus in via de Deo, cui visio in patria succedit? Et quæ illa, nisi fides? Nomine ergo prophetiæ, & scientiæ fides intelligitur. Sumitur porò ibi prophetia, non pro sola cognitione futuri; sed pro omni cognitione obscura, quæ credimus ea, quæ videri non possunt; per hanc siquidem cognoscimus ea, quæ valde à nobis distant, & sic dicitur: *Ex parte prophetamus.* Per scientiam quocumque ibi intelligitur vel cognitio divinarum in

*Quia locutio
Dei fit
per signa
obscura.*

in via, vel illa, quæ numeratur inter dona Spiritus Sancti, puta notitia Conclusionum, quæ ex fide deducuntur, ac per hoc necessariò involvit fidem. Nec obstat, quòd dicatur v. 13. *Nunc autem manent fides, spes, charitas*; hoc quippe intelligitur, subsistunt, sunt, habentur in pretio, vel manent in hac vita. Alioquin eodem modo dixisset de fide, sicut de charitate, *Nunquam excedit*. Si respondeas, quòd fides erit perfectior in patria; contra est, quòd etiam actus charitatis erit perfectior, & tamen de illa dicitur: *Nunquam excedit*. Sed enim, dicit aliquis: Paulus ibi utitur similitudine pueri, & viri: *Cum essem parvulus &c.* sed pueri, & vir idem sunt, ergo &c. Resp. Apostolum comparare fidem, & visionem pueritiæ, & virilitatis; pueritia autem per virilitatem etiam quoad substantiam destruitur. Ergo ex hac Scriptura rectè probatur Conclusio.

Ratio porò est naturalis impotentia intellectus, qui tam dispares actus nequit simul elicere. Quippe frequenter advertimus, intellectum ita occupari aliquâ intelligentione, ut simul nihil aliud intelligere possit. Et verò visus sit rapitur in visionem solis, ut propter eam impediatur ab inspectione stellarum. Cum ergo per actum visionis beatificæ intellectus clarissimè, & certissimè objectum videat, non relinquitur locus actui obscuræ fidei, licet ejus motivum adesset; talis namque actus & minus clarus, & non magis certus foret; adeoque nihil posset conferre intellectui, propter quod homo vellet eum elicere. Sicut si clarè video, Petrum ante me stare, sic ut non possim certius scire ex alienius testimonio; quantumcumque aliquis dicat, ipsum ibi stare, nunquam assentiar huic propositioni propter ipsius testimonium; cum id evidentiùs, & certius sciam per notitiam intuitivam. Similiter dum actu video solem, quantumvis mihi aliquis dicat, diem esse, & quantumvis coner assentiri propter testimonium dicentis, non possum; sed solum judico diem esse, quia id video. Ita arguit pro communi sententia Lugo hic disp. 2. num. 67. Et num. 72. in hunc modum discurrit: Dici posset, hanc esse naturam intellectus, & hanc habere inclinationem ad veritatem, ut, sicut voluntas solum potest desiderare bonum absens, & solum potest eligere media in ordine ad consecutionem boni, quod aliqua ratione sit absens; non verò ad bonum plenè possessum, prout possessum est; quia illud medium hic & nunc esset inutile, & impertinens, cum nullum bonum afferret de novo, quod jam non plenè haberetur: sic etiam intellectus, dum verò habetur, & clarè videtur, quiescit in ea: quare si plenè & perfectè videatur, non potest uti aliquo medio ad illam acquirendam; quia illud medium hic & nunc impertinens est ad consecutionem veritatis. Sic ille.

Ex quo inferat ad nostrum propositum, non omnem cognitionem evidentem excludere
Tonus II.

assensum fidei divinæ, quia, licet cognitio evidens abstractiva de existentia Dei clarior sit, quàm assensus fidei: ceterum adhuc veritas illa non plenè possidetur, cum nondum videatur, & assensus fidei certior est, & securior; quippe qui innititur medio magis infallibili, scilicet auctoritate divinâ: quare intellectus, etiam instructus medio demonstrativo ad cognoscendam abstractivè existentiam Dei, utiliter utitur medio fidei ad eandem veritatem magis cognoscendam; quia per hoc medium securius, & certius consequitur illam veritatem, quàm per demonstrativum solum: quare hæc veritas aliquâ ratione manet absens, & expetibilis ab intellectu, adhuc post medium scientificum. At verò post visionem beatam nihil præstaret fides; quia visio non solum est clarior, sed etiam certior, quàm fides, aut saltem æquè certa, & per consequens, fides non redideret intellectum Beati magis certum, quàm sola visio, per quam plenè possidetur finis, ultimò intentus ab intellectu in clara visione objecti. Huc usque Eminent. Ubi apertissimè docet nostram Conclusionem. Deinde num. 74. inferat, non omnem cognitionem intuitivam excludere assensum fidei divinæ: nam, inquit, cognitio intuitiva orta ex visione corporea objecti comparatur secum fidem ejusdem objecti: quia illa cognitio, licet habeat evidentiam physicam, fortasse tamen subditur deceptioni, tum quia sensus sæpe sunt occasio decipiendi intellectum propter talem, vel talem modum, quo immutantur à speciebus: tum etiam, quia saltem de potentia absoluta potest dari talis sententia in absentia objecti: quare, existente adhuc tali cognitione intuitiva, potest intellectus utiliter moveri à medio fidei, ut securius, & certius quiescat in cognitione illius veritatis. At verò, si cognitio intuitiva talis sit, ut omne excludat periculum & formidinem, non apparet ad quid moveretur utiliter intellectus à medio fidei. Sic ille.

Quòd si ei objicias, animam Christi habuisse scientiam acquisitam, etiam per discursum, eorum objectorum, quæ cognoscebat intuitivè per scientiam beatam & insulam. Respondet; si id verum est, factum fuisse miraculosè. Quod tamen, inquit, non caret difficultate, eò quòd probabile sit, de potentia absoluta non posse conjungi assensum mediatum, cum visione clara ejusdem objecti. De quo statim plura. Aliter ergo Respondet num. 75. scientiam acquisitam posse considerari, ut terminatam ad prima principia in seipsis evidentem, & sine discursu. Et hæc scientia, secundum ipsum, non repugnat cum scientia ejusdem veritatis; cum utraque sit cognitio immediata, & clara, adeoque neutra prærequirat defectum alterius, sicut cognitio discursiva, quæ est in defectum & absentiam cognitionis rei in seipsa. Sicut ergo voluntas potest habere duplex gaudium de eodem objecto, non tamen gaudium, & desiderium; sic indidem intellectus duplici

X x

cogni-

Potest credi
existentia
Dei eviden-
ter abstra-
ctivè cogni-
ta.

Non tamen
intuitivè
cognita per
visionem
beatificam.

Visio ocula-
ris non ex-
cludit fi-
dem.

16.
Qualem
scientiam
acquisitam
habuerit
anima
Christi.

Potest enim
idem veritas
duplici co-
gnitione in-
uitur a co-
gnosce.

cognitione immediatâ, & clarâ potest tendere ad eandem veritatem possidendam; non tamen immediatè possidere, & quærere medium ad possidendum. Cum video (inquit Card.) radium solis in cubiculo, non utor ad iudicandum, quod sit lux, discursu aliquo, scilicet *Quando sol oritur, producit lucem: sed jam ortus est sol; ergo produxit lucem in meo cubiculo; ergo ibi datur lux.* Quis poterit hoc argumento moveri ad assentiendum, quod sit lux, quam ipsis oculis actu videt? Sanè possum ego iudicare, illo argumento convinci, quod sit lux; at verò iudicare, esse lucem propter illud medium non possum. Ita Eminent. Atque hinc etiam fit, secundum eundem Auctorem, ut Deus cognoscens veritatem Conclusionis in seipsa, quamvis etiam videat veritatem præmissarum, & earum vim ad inferendam Conclusionem; non tamen possit assentiri Conclusioni propter præmissas; quia sic Deus discurreret, quod est imperfectionis, quia scilicet discursus supponit indigentiam mediâ ad acquirendam aliquam veritatem.

17.
Deus ad
summum
discursus
virtualiter.

Sed contra est; quod plures in Deo admittant discursum virtuale, quo seipsum cognoscat ex creaturis unico & indivisibili actu, non quasi indigeat creaturis, tanquam medio ad acquirendam scientiam sui, sed ut omni modo possibili seipsum cognoscat; ut dixi in Tract. de Intellect. & voluntate Dei Disp. 1. Sect. 3. Conclus. 4. Probandum ergo est, & non supponendum, talem discursum esse imperfectionem. Hinc etiam, secundum multos, visio beatifica est discursiva virtualiter, id est, actus unus simplicissimus, formaliter incomplexus, virtute tamen complexus, quatenus per illum representatur connexio prædicta, & subjecti, prioris, & posterioris, secundum rationem formalem in Deo; adeoque æquivalere pluribus nostris actibus ad iudicium, vel discursum requisitis. Ita Smiling De Deo uno Tract. 2. Disp. 6. num. 236. Igitur virtualiter discurre, secundum ipsum num. 237, non est aliud, quam simplici intuitu concipere non solum extrema complexionis, sed unionem quoque eorum, & unius ex altero sequentiam. In hoc autem conceptu nulla apparet imperfectio.

Smiling.

In hoc nulla
est imperfec-
tio.

18.
Beatus vi-
dens Trini-
tatem, non
potest eodem
actu illam
credere.

Cur ergo, inquis, non poterit Beatus, qui intuitivè videt infallibilem Dei auctoritatem, itemque revelationem mysterii fidei, v.g. unitatis, & Trinitatis, cur, inquam, non poterit credere fide divinâ illam unitatem, & Trinitatem, non quidem per plures actus formaliter distinctos, sed uno simplicissimo, qui æquivaleret pluribus actibus, in nobis fortè requisitis ad assensum fidei? Dico, fortè, quia secundum dicta Sect. 1. Conclus. 7. assensus fidei non est formaliter discursivus; cur igitur fides nequeat simul stare cum visione beatifica? Resp. 1. assensus fidei, est formaliter non sit discursivus, equidem præsuppositivè; semper enim supponitur cognitio auctoritatis divinæ, propter quam auctoritatem tamquam formale

motivum, quo credit homo mysteria fidei, non sicut in medio, sed potius sicut ex medio; cum auctoritas divina non dicat essentialiter ordinem ad mysteria fidei, sicut creatura ad Deum: & idè ubi auctoritas non est motivum, non potest esse assensus fidei; sed in Beatis, qui clarè intuentur non solum auctoritatem divinam, sed etiam mysterium revelatum in seipso, auctoritas non est motivum; sed ipsa res in se movet, & terminat; movet, inquam, sufficientissimè ad assensum, ex omni parte clarum, & firmum; ergo, saltem de potentia ordinari non movebitur intellectus ab auctoritate divina ad assensum obscurum, qualis est assensus fidei; non quia visio beatifica continet eminenter omnem perfectionem fidei, nam etiam sic continet perfectionem cognitionis in proprio genere, & perfectionem cognitionis abstractivæ, quas tamen admittit, sed quia assensus obscurus fidei est positivè imperfectus, & directè oppositus perfectioni visionis beatificæ.

Sed nunquid hæc oppositio talis, ut nequidem per Dei potentiam possint stare simul visio beatifica, & fides ejusdem objecti? Lugo sup. num. 81. affirmat: quia, inquit, repugnancia inter hos actus non est solum ex defectu virtutis in causa efficiente, quam Deus supplere possit, sed est repugnancia inter formas, eo quod altera impediatur conditionem essentialiter requisitam ad objectum alterius. Sicut enim plena possessio boni impedit desiderium illius, & electionem mediorum, quibus idem bonum procuretur; ita plenissima possessio veri in seipso immediatè impedit usum mediâ ad idem verum comparandum. Constat autem, non esse solum naturalem, sed essentialiter repugnantiam, ut desideremus, vel petamus, vel media adhibeamus ad procurandum id, quod jam aliunde plenè possidemus: quare fatendum est, eam esse conditionem essentialiter ex parte objecti ad ejusmodi actus voluntatis: sicut repugnat etiam è contrariò essentialiter, gaudere de bono, quod non præcognoscatur possessum. Similiter ergo repugnancia intellectionis, ut utatur medio aliquo ad assequendam veritatem, si quæ est, videtur essentialis, & non solum connaturalis: quia, si repugnancia aliqua est utendi medio, & motivo ad eam veritatem cognoscendam, non potest alia esse, nisi quod medium, & motivum illud non habet vim movendi ad assensum, nisi quando intellectus indiget, ex eo, quod aliunde non possideat objectum. Unde quando non est talis indigentia, medium illud non est motivum sufficienter, repugnat autem essentialiter, quod intellectus sine motivo sufficienti moveatur ad aliquem assensum: quia sicut voluntas non potest, etiam divinitus, moveri ad amorem, desiderium, vel gaudium, nisi proposito sufficienti motivo ad eos actus; ita nec intellectus potest moveri ad assensum sine motivo sufficienti ad tale genus assensus: non est ergo hæc repugnancia ex defectu virtutis solum in genere cau-

se efficientis; sed ex defectu motivi, quem defectum Deus supplere non potest, eo quod tales actus propter suum modum tendendi essentialiter petunt etiam essentialiter tale genus motivi ex parte intellectus. Hucusque Emin.

Sed contra facit; quod cum perfecta visione, adeoque possessione veritatis objecti sit immediata ejusdem notitia abstractiva clara; imò cum visione creata in Verbo visio ejusdem extra Verbum: quidni ergo de absoluta potentia possit stare assensus immediatus, elicited ob auctoritatem Dei? Ex quo nihil aliud sequeretur, quam quod eadem res esset ratione diversorum actuum intentionaliter præsens intellectui, partim secundum speciem propriam, partim secundum species alienas; potest autem idem objectum multipliciter uniri intellectui, ut multipliciter attingi, & præsens fuit. Hoc argumento utitur Suarez hic disp. 3. n. 2; dicens: cognitio intuitiva, & abstractiva etiam videntur habere rationes valde oppositas, quales sunt absentia, & præsentia objecti; & nihilominus certum est, cognitionem intuitivam, & abstractivam ejusdem rei posse simul esse; imò etiam esse in Beatis respectu ejusdem Dei per visionem beatam, & per scientiam infusam vel naturalem. Et ratio est; quia absentia objecti non est necessaria ad cognitionem abstractivam respectu ejusdem intellectus, quomodo documque cognoscentis, sed solum respectu medi, per quod sic cognoscitur: idem ergo facile intelligitur eum proportionem respectu assensus fidei: nulla ergo apparet in hoc absoluta repugnantia; quia illi sunt duo actus positivi, quos Deus potest causare in mente testificando illud ipsum, quod videtur; quia licet in hoc videatur esse superfluitas, ad ostensionem suæ potentie, vel propter alias rationes id facere potuisset. Ita præfatus Auctor.

Nunc audite responsum Card. sup. n. 83. Certe, inquit, si quid probat hoc argumentum, probaret etiam contra ipsum, quod neque esset repugnantia naturalis inter duas illas cognitiones, sicut neque est inter visionem intuitivam, & cognitionem abstractivam ejusdem objecti. Omnes ergo debemus respondere, majorem esse repugnantiam actus fidei, quam cognitionis abstractivæ eum visione intuitiva. Rationem autem jam indicavimus: quia nimirum cognitio illa abstractiva non utitur medio, quasi motivo ad assensum alterius objecti; sed immediate cognoscit, creaturam esse opus Dei; qui non est duplex assensus, etiam virtualiter, sed unicus, quo indivisibiliter, & immediate cognoscitur ordo creaturæ ad Deum; qui ordo non potest immediate, & directe cognosci, quin eo ipso indirecte, & in obliquo attingatur Deus, qui est terminus ipsius ordinis. Aliud est, quando unum cognoscitur propter motivum assentiendi, cui innatur credulitas, & assensus: qui assentiendi modus denotat indigentiam, & imperfectionem intellectus, indigentis alieno quasi baculo ad firmandum assensum objecti propositi, quod

Tomus II.

propriis quasi pedibus; & directo lumine indagare non potest; atque adeo ab alio quasi accipere, & audire cogitur, quod plenè non videt. Hactenus Card.

Sed enim, replicat quispiam; voluntas, quæ rem aliquam uno titulo seu modo possidet, potest velle eam habere, seu possidere alio titulo, vel modo. Ergo similiter intellectus, tametsi videat Deum per species proprias, poterit tendere in ipsum per fidem, ut novo modo eum habeat, scilicet per species alienas, & mediante revelatione. Respondet Lugo sup. num. 82. quidquid sit de Antecedente, Neg. Lugo. Consequentiam: quia, inquit, in casu Antecedentis voluntas non intendit solum illud bonum, quod jam possidet, sed aliquid aliud, quod nondum habebat, nempe habere illud duplici titulo; quod quidem est aliquid per se experibile, & ad quod possunt eligi media: si tamen voluntas de hac tituli duplicitate nihil curaret, non posset eligere denudò media, nisi forte ad majorem securitatem, ut, si forte primus titulus deficeret, maneret secundus: intellectus autem solum habet pro fine veritatem Conclusionis; neque enim curat de hoc, quod est habere veritatem Conclusionis per præmissas; sed solum de veritate Conclusionis, ad quam solum utitur præmissis: quare quoties hoc medium non affert majorem claritatem, vel certitudinem, vel securitatem, vel quid simile, non videtur posse intellectus uti eo medio ad solam veritatem acquirendam, quam jam plenè & immediate possidet. Ita Emin.

At ubi scriptum est, quod intellectus non possit uti eo medio, ut alio titulo, seu modo eandem veritatem, quam nunc plenè, & immediate possidet, acquirat? jam enim sup. diximus, Aliquos docere, Deum, qui scriptum directè, & immediate videt, nihilominus etiam seipsum cognoscere in, & ex creaturis; eo quod hic sit alius modus cognoscendi, qui nullam involvit imperfectionem positivam, ut ante dixi; & ideo creatura tali casu non est objectum motivum, sed tantum terminativum; ne alioqui Deus dependeat à creatura in cognoscendo se, quod foret imperfectionis in Deo, ut patet. Prorsus, inquit, in Deo; sed non in hominibus; & ideo Beatus potest moveri ab auctoritate divina ad acquirendam notitiam objecti per species alienas, estò habeat notitiam ejusdem objecti per species proprias; ac per hoc potest credere istud objectum, quod clarè videt; v.g. Deum esse unum, & Trinum; non enim solum cognoscit auctoritatem divinam, & revelationem; sed etiam propter auctoritatem, illique innixus assentitur unitati, & Trinitati. Sed hoc ultimum negat Card. sup. num. 84. dicens: Intellectus possidens plenè veritatem objecti potest assentiri præmissis, quæ ex se sufficerent ad assensum Conclusionis, si non invenirent plenè possessum ejus objectum: non tamen potest per illa media quærere, & procurare objectum Conclusionis, quod jam

X x 2

plenè

22.
Est voluntas rem, uno titulo possidens, altero titulo possidendam desiderare possit.

Non tamen intellectus rem uno modo intuitivè cognoscit, alio modo obscure cognoscit.

23.
Deus se ipsum cognoscit in se, & ex creaturis probabiliter de se.

Lugo.

Tamen visio
beata, &
fides de facto
non sunt
simul.

plene aliunde possidet. Tunc autem intellectus videtur quætere objectum conclusionis per præmissas, quando propter eas, & iis innixus tendit ad veritatem conclusionis. Sic ille. Et sanè, si valeat hæc argumentum à voluntate, quæ eandem rem pluribus titulis potest possidere, jam intellectus etiam de ordinaria potentia simul eliciet ejusdem rei visionem, & obscuram notitiam; sicut voluntas de potentia ordinaria possidet rem pluribus titulis; quod tamen communiter negatur.

24.
Lugonis ra-
tiones pro-
bantes sunt.

Vri alia
aliorum.

Ex his omnibus confestim colligitur, rationem Lugonis, quàmvis probabilis sit, haud equidem intentum plene convincere. Sed neque, quod Alii dicunt; puta intellectum non posse plures actus eliciere non subordinatos; nam contra est, quod intellectus sit agens naturale; ergo, si illi plura objecta, determinata modo proportionato proponantur, eliciet plures actus; quod saltem verum est de potentia Angelica, vel etiam de humano intellectu, per potentiam Dei absolutam. Similiter rejicitur, quod aliqui insinuant; scilicet testimonium non posse movere in præsentia medii clari, ex eo, quod sit ita debile, ut indigeat morione voluntatis ad determinandum intellectum; sicut stella non movet in præsentia Solis; hoc, inquam, pari modo reprobat; quia non videtur ratio, quare voluntas, saltem per potentiam divinam, non possit tali casu cum objecto fidei movere intellectum. Ad simile de stella, & sole Resp. Card. sup. num. 103. Stellam verè illuminare partialiter, etiam coram sole, quoad aliquem gradum: non tamen apparet, eò quod totum spatium proximum cæli habet à sole æqualem lucem, & ideo non possumus visu discernere stellam à reliquo cælo. Hæc de fixis stellis intellige Venus enim sæpè cum sole apparet. Si dixeris: impossibile est, intellectum simul assentiri convictum ab objecto, & non convictum, prout fieret in nostro casu. Resp. quod etiam actus fidei possit esse necessarius quoad specificationem, saltem per divinam potentiam, necessitantem intellectum ad talem actum. Deinde, simul stant actus fidei divinæ, & humanæ, ut infra videbimus; & tamen non minus repugnat, intellectum esse fallibilem ex uno objecto, & infallibilem ex alio, quàm esse convictum, & non convictum: unde hæc contradictio non oritur ex eodem medio; adeoque non est ejusdem de eodem: sicut esse album ratione albedinis, & non esse album ratione nigredinis non sunt contradictoria opposita ratione diversarum formarum; & consequenter, de potentia Dei possunt esse simul.

25.
Vnde claret
implicantiæ
difficile da-
tur.

Scotus enim
asserit.

Igitur difficile valde est, solidum aliquod fundamentum absolutæ implicantiæ assignare, licet eam Multi doceant, etiam Scotistæ ducti auctoritate Scoti 3. dist. 24. §. Ad questionem, num. 13. in fine, ubi sit ait: Et illo modo accipiendi scientiam (scilicet propriè, ut accipitur primo Posteriorum) impossibile est, de eodem esse simul scientiam, & fidem. Et ibidem num. 17.

admittit, Prophetas, & multos alios Sanctos habuisse habitum præbentem magnum alacritatem, ita quòd, illo stante, non potuerunt non assentire veritati revelatæ: Illa tamen (loquitur) certitudo non fuit evidens ex evidentiæ rei; quia tunc contradictio esset, quod hujusmodi notitia, & fides simul starent. Præterea eodem loco §. ad aliud, num. 21. inquit: Cum igitur scientia, & opinio sint simpliciter incompatibiles in eodem de eodem, si aliquis habeat primo opinionem de aliquo, & superveniat demonstratio, corrumpitur opinio. Si scientia, & opinio sunt simpliciter incompatibiles; quanto magis visio beatifica, & fides? Et si est contradictio, quod notitia evidens ex evidentiæ rei, & fides simul stent; quis potest dubitare, quin secundum Scotum sit contradictio, quod visio beatifica, & fides simul stent?

Scio, Aliquos explicare Scotum de impossibilitate naturali; sed tu cogita, an illa, quæ solum repugnant naturaliter, sint simpliciter & absolute incompatibilia, & non potius simpliciter & absolute composibilia. Similiter, an contradictoria per Deum possint esse simul vera. Hinc Del. Castil. lib. disp. 4. q. 2. quia discipulus Scoti, conatur ostendere absolutam repugnantiam, etiam in ordine ad potentiam divinam; idque hac ratione, quam existimat esse de mente Scoti. Assensus hæc per se debet versari circa articulum non visum privativè; ergo non potest adhuc de potentia Dei simul stare cum visione, seu cum scientia intuitiva actuali circa illum. Patet Consequentia; quia visio hujus objecti, & privatio visionis hujus objecti, sive esse objectum visum, & non esse privativè visum non minus repugnant in subiecto intellectus, & in subiecto objecti, quàm aerem esse lucidum, & simul esse privatum luce; sed hoc repugnat potentie Dei, ergo & illud. Antecedens in quo est difficultas, probatur; quia de ratione essentiali objecti fidei non est, quod non sit visibile; sed quod sit non visum; nam de ejus ratione essentiali est, quod sit rerum non apparentium, juxta illud Apostoli ad Hebræos 11. Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Ergo de ejus intrinseca ratione est, quod careat actuali visione sui objecti, qui posset denominari visum; sed tam careat actuali visionis, quàm carentia esse visum in subiecto apto, nato; quia tam intellectus ad habendam visionem, quàm objectum ad habendum esse visum habent potentiam & aptitudinem; ergo in illis talis carentia est privatio. Sic ille. Resp. Adversarii; ut fides sit non apparentium, satis est, quod sit non apparentium positivè, hoc est, de objecto non apparenti, seu non viso per ipsam revelationem positivam obscuram, per quam à Deo revelatur; non tamen requiri, quod sit de objecto non apparenti, & viso per aliam ostensionem, & revelationem claram, quam ipsum objectum potest habere per proprias, & intuitivas species. Et insuper per proprio dato, quod requiratur carentia apparentium, non

non requiritur privativa, sed satis est, quod sit negativa, illa scilicet, quæ sequitur tamquam propria passio ad revelationem, quæ eo ipso, quod est positiva obscura, non est clara; sicut ex eo, quod nigredo est nigredo, non est albedo; & consequenter, sicut ista possunt esse simul de potentia Dei absoluta, ita & illa.

Sed contra (inquit Del Castillo sup. num. 11.) revelatio positiva obscura, præcise specata solum constituit objectum fidei non apparibile, seu non visibile per ipsam, non tamen non apparet, seu non visum: quia sicut revelatio objecti, siue ostensio illius per species impressas proprias, & evidentes non dat obiecto esse visum, sed solum dat esse proximè visibile; ita revelatio facta per species vel universales, vel alienas (qualis est revelatio objecti fidei) non dat obiecto non esse visum; sed solum dat non esse visibile per illam; sed de ratione objecti fidei est, quod sit non visum; ergo ultra revelationem positivam obscuram requiritur obiectum fidei, quod habeat annexam earentiam actualis visionis, tamquam conditionem obiectivam per se requisitam. Hæc ille.

Dices: disparitas est inter revelationem obscuram objecti fidei, & ostensionem evidentem ejusdem objecti, quod hæc in actu primo, cum solum includat species impressas, solum dat obiecto esse visibile: at illa, cum præter species impressas includat actualem cognitionem obscuram objecti revelati, non solum dat obiecto esse non visibile, sed etiam esse non visum; tamen hoc esse non visum vel est ipse actus positivus obscurus cognitionis, seu revelationis, vel negatio, quam Dialectici vocant infinitantem, secuta ad illam. Resp. Del Castillo sup. num. 13. Esse non visum, de quo procedit nostrum argumentum, non debet sumi per ordinem ad revelationem obscuram; sed per ordinem ad actum clarum visionis: porro in ordine ad hunc, revelatio obscura non constituit obiectum non visum, sed solum non visibile, ergo ultra revelationem positivam, & ejus negationem infinitantem consecutam debemus addere earentiam visionis actualis ipsius objecti.

Majorem sic probo: quia negatio, quæ sequitur ad talem revelationem obscuram positivam, non est magis non visio, quam non opinio, non lapsus, non homo &c. quia, cum sit negatio infinitans, omnia entia non talia, etiam si sunt infinita, negat: sed esse non visum, quod est de ratione objecti fidei solum negat aliquem actum determinatum ipsius intellectus, qui non est alius, quam actualis visio ipsius objecti; alias non distingueretur actus fidei ratione objecti determinati, sicut distinguuntur reliqui actus determinati ratione objecti determinati; & idem esset dicere, Non apparet, ut dicere, Non homo, non lapis &c. Ergo non visum, quod est de ratione objecti fidei, non debet sumi tantum per ordinem ad revelationem obscuram positivam, ex qua oritur prædicta negatio infinitans, sed per ordinem ad

actum clarum visionis, ejus sit actualis privatio. Minor ex se patet, quia revelatio obscura intrinsece non habet aliud, quam propriam entitatem, & negationem consecutam infinitantem, ratione quarum constituit obiectum ineptum, ut ratione ipsarum terminet visionem, & sic solum constituit non visibile, seu non apparibile per ipsam; ergo intrinsece solum habet, ex quo ipsum obiectum constituitur non visibile; non autem habet, ex quo constituitur non visum. Huc usque Del Cast.

Qui ibidem num. 14. confirmat suam sententiam variis testimoniis Patrum, à nobis in principio hujus Sectionis relatis, quæ, si intelligantur, sicut sonant, indubiè ipsi favent; uti etiam Scriptura ad Hebr. 11. jam non semel allegata. Quod probè scientes Adversarii, ut suam opinionem tueantur, respondent ad Scripturam, fidem esse argumentum non apparentium, partim quatenus objecta fidei per ipsam fidem non sunt evidentiæ, partim quatenus fides non exigit rei visionem, quin potius ordinariè est circa ea, quæ non videntur, quamvis etiam circa alia verari possit, ut hoc sit accumulativè, non exclusivè dictum. Sicut (inquit Lugo sup. num. 98.) in verbis præcedentibus: *Fides est sperandarum substantiarum rerum, non est sensus, quod fides solum se extendat ad objecta, quæ sperantur, hoc enim est falsum: sic in verbis sequentibus sensus non est, quod fides solum probet res non apparentes: quia Paulus solum vult probare necessitatem fidei ad credenda, quæ non videntur, sed sperantur; hoc tamen non excludit fidei utilitatem ad alia credenda. Non est ergo illa definitio, quæ competat singulis actibus fidei; sed virtuti fidei, quam describit per efficaciam ad sperandas res futuras, & ad credenda ea etiam, quæ non videntur: sicut si diceret: charitas est amor inimicorum, etiam propter Deum, non coarctas charitatem ad diligendos solos inimicos, sed explicat ejus efficaciam. Hæc Card. Sed quæro ego: Paulus dicit Fides est argumentum, etiam non apparentium? Scriptura uspiam definit, charitatem esse amorem amicorum? Aut fortè esse amorem inimicorum? Nonne charitas communiter definitur: Amor Dei propter se, & proximi propter Deum?*

Rogas, quid Adversarii respondeant ad dicta Patrum? Audi Lugonem sup. Dicitur, inquit, fides rerum, quæ non sciuntur, quia mysteria nostræ fidei regulariter & communiter non sciuntur; licet unus, vel alius doctus habeat aliquam evidentiæ de uno, vel de aliquo articulo in particulari. Rursus: fides est de obiecto non scito formaliter, per ipsam fidem: & in hoc sensu PP. sæpè dicunt, non debere queri experientiam rerum, quas credimus, ne excidamus à fide; loquuntur enim de experientia, cui innitatur assensus, quatenus aliqui curiosi experientiam desiderabant: hæc enim jam non esset fides, ut colligitur ex illis verbis Christi: *Quia vidisti me & thoma, credidisti, ubi sermo est de assensu*

28.

Et adducis pro sua sententia varia Patrum testimonia.

Lugo.

Adversarii, non appare-re variè explicant, ut sit cum visione clara.

29.

Variè etiam ad dicta SS. Patrum respondent. Lugo.

sensu, fundato in ipsa experientia sensuum: credere ergo, quia videmus, non est fides; credere tamen, quando scimus, potest bene esse fides, & hanc scientiam concomitantem PP. non reprehendunt; sed illam, cui innitatur fides, & sine qua homo non credat propter præcisam revelationem Dei. Hucusque Eminen. Breviter, Patres nihil aliud volunt, quam me non credere per visionem, & videre per fidem, sive visionem non esse fidem; & fidem non esse visionem. Credis hoc? Quid si ego dicerem: nemo potest videre corporaliter, & eodem tempore idem objectum intelligere, scilicet per corporalem visionem, quis non rideret?

Cur ergo D. Greg. sup. & S. August. Tract. 79. in Joan. respondent, Thomam aliud vidisse, & aliud credidisse; si fides non requirit in suo objecto carentiam esse visi, & consequenter in intellectu carentiam visionis? Hæc autem eo ipso, quod est in duplici subjecto apto nato ad habendam visionem, & esse visum, scilicet in objecto, & intellectu, est privatio.

DelCastil. Nec obstat, inquit Del Castil, sup. num. 15. quod aliqui Adversarii respondent, quod Patres loquantur de aliquibus fidei articulis, de quibus in via non potest haberi evidentia. Sed hoc sine fundamento dicitur, quia Patres indistinctè loquuntur de omnibus, quia loquuntur de natura fidei; quæ omnes eodem modo creduntur. Sic ille. An verè, festinè cognoscas, si verba SS. Patrum maturè expenderis. Interim Aliqui ex illis verbis Christi: *Quia vidisti me Thoma, credidisti*, inferunt: ergo fides potest esse de visis. Sed hallucinantur, quippe non dixit Christus: *Quod vidisti, Thoma, credidisti*, ut dicere debuisset, si isthæ consequentia foret legitimæ, *Quia vidisti*. Unde (inquit Eminen. sup. num. 100.) oriebatur difficultas, quia, si assensus fundabatur in visione, non poterat esse fides. Ad quod dubium potuissent quidem respondere Patres, prout alii respondent, verbum illud, *Credidisti*, non accipi in significatione stricta, prout significat solum assensum propter auctoritatem testificantis; sed in latiori significatione, prout extenditur ad omnem assensum intellectualem. Voluerunt tamen ostendere, quomodo posset etiam retineri in significatione stricta, & significare assensum fidei, qui haberet pro motivo formali auctoritatem, & revelationem Dei. Quare illud: *Quia vidisti*, noluerunt esse motivum formale; sed occasionem, seu motivum extrinsecum. Non enim vidit Thomas divinitatem; quam tamen credidit: visio tamen humanitatis rediitque movit ad credendam revelationem, quæ idem Christus testatus fuerat suam divinitatem: sicut visio etiam miraculorum movet ad credenda mysteria fidei, quæ non videntur. Quare sicut verum est dicere: quia vidisti miracula, credidisti Incarnationem, vel Trinitatem; ita verè dictum est: *Quia vidisti me Thoma*, scilicet viventem, credidisti, nempe me esse Deum. Ita Lugo. Alii sic explicant illa verba: *Quia vidisti me Thoma*,

Varie etiam
explicant
illa verba:
quia vidisti
me,
Thoma,
credidisti.
Lugo.

id est sensibus curiosè me explorasti, credidisti, me surrexisse à mortuis, & consequenter me esse Dominum Deum tuum, sive vetum Deum, & hominem.

Sed difficultas tunc manet, qui poterit credere, quod videbat. Ad quam dico (audiri de Tomo Herinex sup. num. 36.) potuisse resurrectionem concurrente divina auctoritate credere; nam (ut omitam, quod Thomas non vidit resurrectionem fieri, sed factam esse indicium ex sensatione desumptis collegerit) etiam illam fieri oculis vidisset, inde non habuisset per se etiam & physicam facti evidentiam, cum visio ocularis tantum feratur in externam speciem, cui posset subesse falsitas per sensuum illusionem. Quare, visæ etiam resurrectione, & Christi redidivi corpore, existimare potuisset, se phantasma, vel visum videre. Nam Petrus Angelum eorum se cernens, & ab eo contractatus, nesciebat quia verum est, quod fiebat per Angelum: & Dominus super mare ambulante, dicebant Discipuli, quia phantasma est: & Angeli in corporibus assumptis apparebant esse veri homines, quales tamen non erant. Fidei proinde debet manere locus, ut ex ejus lumine magis homo firmetur, quam ex sensuum operatione. Et nihilominus adhuc Thomas aliud vidit, nempe speciem externam, aliud credidit, nempe tum Verbum, & rediivam humanitatem (quæ per se non videbatur) tum divinitatem. Hæcenus Episcopus Iprensis.

Sed contra hoc est; quod Petrus, & Ioannes viderunt Christum crucifixum: sed unus articulus fidei est de Christo homine crucifixo: igitur final habuerunt notitiam intuitivam, quia ille homo crucifixus est: & fidem, quia non est dicendum, ex se extra fidem, vel cognitionem fidei qui hoc viderunt. Ita argumentatur Scotus sup. num. 1. Respondet num. 21. Si tenetur, quod omnium articulorum sit una fides: potest dici, quod habuerunt fidem de aliis articulis, & ita credidissent, ipsum esse crucifixum, si non vidissent; sed ex quo viderunt, non crediderunt pro tunc, nec unquam postea, recognoscendo illius crucifixionem, habuerunt fidem de ea, fuit nec dum viderunt intuitivè: habebant tamen habitum, quo illud credidissent, si non vidissent. Ita Doct. Subtilis. Herinex sup. num. 40. ait, fuisse se locum fidei circa crucifixionem, & similia mysteria, ab Apostolis, & aliis intuitivè cognita pro tempore, quo evidentia rei se non ingerebat intellectui ipsorum, hoc attendente solum ad motivum fidei, seposita consideratione medii evidentis: aut certe ipsos aliud vidisse, aliud credidisse; credidisse inquam, mysteria ista, quæ concernentia Deum hominem, qui conceptus, crucifixus &c. credebatur, non potuisse videri. Imò (addit) cum experientia sensuum per se solum tenderet in speciem externam, probabilissimè erat locus fidei firmiter etiam circa mysteria ista, quæ humanitatem comcernebant. Quod si denique actualis istorum fides ob ingerentem se fugiter evidentiam prædictis non potuisset constare, non fuisse

et utique ipsi aliter, quam in præparatione animi necessaria. Hæc ille.

Itaque argumentum Adversariorum, de-
sumptum ex istis verbis Christi: *Quia vidisti me*

Thoma. &c. nullius pili est. Neque magis efficax
aliud, quod accipiunt ex his verbis Apostoli

Hebr. 11. v. 6. *Credere oportet accedentem ad Deum,*

quia est. Ergo Philosophus gentilis, qui haberet
evidentem cognitionem existentiae divinæ, non

posset ad Deum accedere, id est justificari; quip-
posset non posset credere, Deum esse. Et consimi-

liter, cum Angeli, secundum Scotorum, habue-
rint ab initio infusas species, quidditative ab-

stractive repræsentantes divinam essentiam,
non potuissent habere ejus fidem, ac proinde

nec justificari. Resp. ut ut sit de his speciebus,
de quibus tractat Scotus 2. dist. 3. qu. 9. num. 6.

& nihil certi habetur, ut notat Scholium præfi-
xum illi num. quāquam Doctor ostendat, non

non fuisse inconveniens, quod Angeli eas ha-
buissent, nullatenus tamen dicit, eos habuisse

notitiam claram, & quidditativam Deitatis,
quæ sola repugnat fidei. Quantum ad Philo-

sophum Gentilem, ut non posset simul cog-
noscere evidenter, & credere Dei existentiam,

quidni succurrat? Quia, inquis, non potest
esse actus fidei de aliqua veritate, in eo, qui

habet habitalem notitiam evidentem ejusdem
veritatis quin simul habeatur ejusdem verita-

tatis actualis notitia evidens: nam quod
quis aliquando actu non assentitur, sit, quia

actu non repræsentatur objectum; atqui dum
idem objectum fide creditur, actu repræsentat-

tur; ergo eidem necessariò actu evidenti as-
sentiet, inclinante intellectum ad hoc notitiā

habituali. Quod confirmatur 1. quia intelle-
ctus est potentia ex natura sua necessariò a-

gens, adeoque actionem suam suspendere non
potest, quādoque ad agendum requisita

adsunt. Confirmatur 2. à simili; quia oculis
aperitis, & objecto sufficienter emittente spe-

cies, non potest visus suspendere visionem,
quantumcumque aliquis testimonio suo con-

tur rem visam persuadere. Resp. Neg. Antee-
dens, ejusque probationem: nec enim suffi-

cit ad assensum præbendum alieni propositioni,
quod ipsa intellectui repræsentetur; sed etiam

debet motivum ejus, propter quod assenti-
mur, repræsentari: unde, cum non obstante,

quod propositio aliqua repræsentetur, possit
voluntas imperio suo divertere intellectum, ut

potius consideret motivum fidei, quā claræ
notitiæ, vel e contra; potest etiam intellectus

vi ejusdem imperii assentiri assensu fidei, non
obstante, quod ejusdem propositionis habeat

evidentem habitalem notitiam.

Ex quo habetur solutio confirmationum:
quāvis enim intellectus sit potentia necessa-

ria, ac proinde non possit suspendere assensum
positis omnibus requisitis; potest tamen vo-

luntas suo imperio unum ex requisitis tollere,
impediendo v.g. ne intellectus consideret illud

motivum; hoc autem non potest facere oculis
aperitis, & objecto sufficienter emittente

species; quia sensus non subest imperio vo-

luntatis, nisi quatenus organa eorum imperio

voluntatis prædiuntur; aliud est de intelle-

ctu, qui voluntati obedit politicè, seu civiliter.

Igitur, ut dictum istud Apost. *Oportet credere*

&c. locum habeat tam in Angelis, quā in

hominibus, qui habent evidentem noti-

tiam existentiae Dei, satis est, quod, si non

simul, successivè tamen possint eam credere.

Aliter ad hoc argumentum de Philosopho

Resp. Herincx sup. num. 38. Admitto (inquit Herincx.

ille) simpliciter, posse talem Philosophum

simul seire, & credere existentiam Dei; sed

scientiā à posteriori, & ex creaturis desumptā,

quæ non est propriè & Strictè dicta scientia,

scilicet immediata, aut per proprias & intrin-

secas causas, de qua Scotus solum loquitur,

ut patet ex dist. 24. num. 13. & 17. Constat

titque noster Franciscus Del Castillo disp. 4. num.

28. & seqq. Et meritò: nam hæc scientia non

generat perfectam evidentiam de objecto, cu-

jus propria natura, & secundum intrinsecā suā

considerata ex hoc nobis evidenter non pate-

utpote quæ per proprias species non cognos-

citur. Sicut ex viso fumo evidenter infertur

existentia ignis, cujus tamen natura ex hoc in

se non evidenter cognoscitur. Prout etiam ex

evidenter cognita veritate Dei, & ejusdem

revelatione infertur evidenter, quod sit ve-

rum, esse v.g. Deum trinum, & tamen connexio

Trinitatis cum Deo in se manet nobis ine-

videns. Imò credendo articulo revelato etiam

ferimur per assensum in ipsam primam verita-

tem revelantem, & quidem, frequenter saltem,

evidenter cognitam. Quare adhuc fides erit

rerum non apparentium; quæ scilicet in se

non solum non videntur, sed etiam intrinsecè

spectatæ manent inevidentes, quatenus in pro-

priis terminis, & per proprias species non

cognoscuntur. Ita Episcopus Ipres.

Nec obstat (inquit Del Castillo sup. num.

31.) quod prædicta scientia terminetur ad in-

fallibilitatem divinæ auctoritatis ut quod, fides

verò ut quo. Quia contra est 1. quod, licet hoc

sit verum, nihilominus tamen non potest ne-

gari, quod terminetur ad idem objectum. Se-

cundò; quia majus videtur inconveniens, quod

objectum quo fidei sit simul scitum, & credi-

tum, quā objectum quod; nam objectum

quo est ratio credendi objectum quod, & sicut

est magis creditum, deberet esse magis obscu-

rum. Tertiò; quia objectum quod, seu articu-

lus creditus posset esse divina ipsa auctoritas,

ut quando quis propter ipsam divinam aucto-

ritatem credit, quod Deus habet auctoritatem

infallibilem in dicendo: ergo in hoc casu de

objecto, quod creditur, esset simul scientia, &

fides. Sic ille. Itaque non omnis scientia re-

pugnat fidei, ut adhuc dixi Conclus. 1. & infra

iterum dicemus. In hac Conclusionem solum

loquimur de visione beatifica, quæ ab omnibus

dicitur absolute & simpliciter evidens, utpote

causata per lumen gloriæ, quod manifestat

divinam essentiam per proprias species, & in

par-

Cui intel-
lectus obe-
dit politicè.

Del Castil.

Scientia à
posteriori
optime fit
cum fide.

35:
Objecto
solviuntur.
Del Castil.

Nulla im-
plicatio in
fide & scien-
tia laud.

particulari. Et hæc cognitio probabiliter non admittit simul fidem de eodem objecto, nequidem per Deum.

36.
Varia appa-
rent impli-
cantia in
visione bea-
ta & fide.

Opponunt
varia ad-
versarii.

Sed contra, dicit aliquis; nulla est repugnantia ex parte objecti; quia licet sit idem objectum materiale, quod attingitur, sunt tamen diversa media, & diversa objecta formalia, sub quibus attingitur. Nec etiam est repugnantia ex parte subiecti; quia subiectum proximum evidentiae, & inevidentiae, obscuritatis, & claritatis non est intellectus, sed sunt ipsi actus fidei, & visionis; sicut subiectum proximum bonitatis, & malitiae moralis non est voluntas, quia hæc tantum est subiectum remotum; sed sunt actus ipsius: ergo non repugnat, quod de potentia Dei absoluta possint esse simul actus fidei, & actus scientiae intuitivæ. Et confirmatur: quia non esse visum, quod est de ratione objecti fidei, non est negativum, sed positivum; quia est ipsum objectum materiale, per revelationem positivam obiecti propositum, vel si est negativum, scilicet, non esse clarè propositum, non tamen est privativum; sicut non esse album, quod sequitur ad esse nigrum, non est privatio, sed negatio: ergo sicut albedo, & nigredo de potentia Dei possunt esse simul, ita assensus fidei, & actus scientiae intuitivæ. Consequentia patet, quia; si aliquid obstar, esset contradictio objecti visi, & objecti non visi, quæ ex prædictis actibus posset oriri; hæc autem iam patet, quod non oriatur.

37.
Respondet
Del Castil-
lo objectum
fidei est non
visum pri-
vativè.

Objectum
visionis vi-
sum positi-
vè.

Atque hoc est principale fundamentum Adversariorum, ad quod sic Respondet Del Castillo sup. num. 16. Repugnantia hic primariò oritur ex parte objecti, & secundariò, seu de Consequenti oritur ex parte subiecti; quia, cum objectum, quod respicitur à fide, debeat esse non visum privativè, ut probavimus, repugnat per locum intrinsecum, quod simul sit positivè visum, & sicut esse visum provenit à visione, cum qua repugnat carentia visionis; ita esse non visum provenit à carentia visionis, quæ debet esse in subiecto, quod est intellectus, unde non repugnat solum ex parte objecti, sed etiam ex parte subiecti. Et hoc subiectum non debent esse ipsi actus fidei, vel revelationis; quia hæc inevidentia non est negativa, quæ tanquam propria passio sequitur ad entitates positivas ipsorum; sed debet esse privativa, quæ proximè & immediatè inhæret in ipso intellectu, sicut & ipsa visio, quæ privat. Et per hoc patet ad confirmationem; quia esse non visum, & esse visum in præsentia materia non se habent sicut esse album, & non esse album secutum ad nigredinem, quæ est negatio infinitas; sed sicut aer cum luce, & cum privatione lucis. Sic ille. Resp. Adversarii; gratis asseri, illam privationem omnis visionis, esse conditionem essentialiter requisitam ad assensum fidei; adeoque eadem facilitate posse negari, quæ ab illo Auctore affirmatur. Tu cogita, an rationes supra posite eam non reddant saltem probabilem; quod nobis sufficit, ut Scoti adhareamus.

Quæ cum ita sint, persisto in Conclus. & rursum dico: Concurrentibus in eadem intellectu lumine gloria, & motivo fidei, non elicitur saltem de potentia ordinaria, ejusdem rei visio, & obscura notitia. Quis ergo actus causalibus? Indubie clara visio; cum enim lumen gloriæ non dependeat à motione voluntatis, vel à non volente, eorum motione illius, sicut medium fidei; sed agat naturaliter, & necessariò, ipsum erit quod statim causabit actum suum, in cuius actus præsentia (inquit Del Castil. sup. num. 20.) non poterit causare medium fidei; cum hæc per se requirat carentiam illius, tanquam conditionem objectivam per se, non secus ac requirit carentia possessionis in objecto ipsi, ut possit movere ad actum sperandi. Sic ille.

Ex quo etiam sequitur ultima pars Conclusionis scilicet: *Sed neque tertia quadam notitia ex ambabus mixta.* Quia nimirum sic idem assensus esset evidens, & inevidens privativè, juxta Del Castil. Imò tamen solum negativè foret inevidens, sufficit; quippe repugnat, evidentiam positivam, quæ est de ratione essentiali visionis, esse inevidentiam negativam, vel causam illius, sicut repugnat, quod albedo sit causa non albedinis. Probatur 2. quia in casu posito concurrunt duo motiva totalia, diversa speciei, quæ singula possent causare actum speciei distinctum; quod autem concurrant in eodem tempore, & in eodem subiecto non facit illa coalescere in unum, atque adeo nequeunt causare unum & eundem actum; utpote, qui deberet habere differentias plures ultimas, & collocari immediatè sub diversis generibus aut speciebus. Censet, quod ex motivo spei, & charitatis, simul tempore concurrentibus, possit procedere unus numero actus? Si quis (inquit Suarez Disp. 3. Sect. 9. num. 13.) actum consideret humana testimonia simul cum divino fidei nostræ, non elicit unum assensum, qui eminenter sit fides humana, & divina; & qui considerat duo media demonstrativa ejusdem veritatis, unum physicum, & aliud mathematicum, non efficit unam Conclusionem, seu actum scientiæ, qui eminenter sit actus Philosophiæ, & Mathematicæ, sed potius duplicem, utrumque in sua specie perfectum. Et qui considerat, Deum esse summum bonum, propter se amabile, & esse summum bonum proprium hominibus, non elicit unum amorem, qui eminenter sit amicitia, & concupiscentiæ, quæ omnia suppono tanquam nota, neque scio, aliquem dixisse contrarium. Sic ille. Verè, an falsò, patebit ex infra dicendis. Probatur tertiò, quia sicut intellectus citra plures Conclusiones ex diversis motivis non potest habere unum actum; ita nec etiam circa eandem Conclusionem; quippe sicut una Conclusio determinat sibi unum motivum; pari ratione etiam unum motivum, quia motivum cum intellectu est sufficiens & adequata causa unius actus: ubi ergo est intellectus & plura motiva, necessariò erunt plures actus; cum intellectus sit potentia naturalis, quæ

que naturaliter agit, quantum sibi possibile est.

Atque hinc patet, quare potius in Aliquo-
rum sententia voluntas possit unum actum
elicere ex diversis motivis; quia nimirum non
est causa naturaliter agens, ac proinde obje-
ctum propositum sub uno motivo non deter-
minat ipsum ad actum. Et quamvis intellectus
possit determinari ad actum per voluntatem,
tamen non ita, quin si proponantur diversa
motiva, intellectus, sequens vim suam natura-
lem, producat plures actus. Sed contra 1. assen-
sus præmissæ fidei, & assensus præmissæ evi-
dentis concurrunt ad eundem assensum Con-
clusionis. Resp. illa esse principia sibi subor-
dinata, & partialia, quæ nequeunt se solis as-
sensum Conclusionis causare. Deinde: ratio
motiva hic est solum unica, scilicet medium
sylogisticum, per illas præmissas intellectui
applicatum; hoc autem est unicum, ut patet.
At verò in casu nostro est duplex medium,
scilicet lumen gloriæ, & auctoritas divina,
quæ theoriam sufficientem ad causandum assensum
sibi proportionatum: cumque actus visionis
beatæ ex alio medio, scilicet auctoritate divina
nihil certitudinis, aut claritatis possit habere,
quod non melius, aut saltem æquè habeat ex
proprio medio, puta lumine gloriæ, de poten-
tia saltem ordinaria hoc medium non admittere
concursum illius medi ad suum eundem
actum; frustraneus quippe esset talis concursus:
unde intellectus ordinariè non movebitur
ad medio fidei, sed à solo medio visionis; poten-
tia enim semper inclinant in illud, quod est
perfectioris, & non quod est imperfectioris,
quando perfectius habere possunt, præsertim
potentiæ naturales.

Denique probatur nostra Conclusio hac ra-
tione: illa tertia entitas non continet eminen-
ter omnem perfectionem visionis, & fidei; quia
sic ille actus non haberet formaliter proprie-
tates interiorum specierum, ex quibus compo-
nuntur: ut patet in colore medio, v. g. ceruleo,
qui non habet formaliter proprietates albedi-
nis v. g. & nigredinis, ex quibus componitur:
jam autem in illo unico actu esset evidentia, &
certitudo ejusdem speciei cum evidentia vi-
sionis, & certitudine fidei; ergo non est ibi
eminentia. Confirmatur: quia ex duabus cau-
sis non potest oriri effectus, qui eminenter
contineat perfectionem utriusque causæ, quia
talis effectus excederet perfectionem intensi-
væ causæ, quod dici non potest. Sic v. g. si ex
animalibus diversæ speciei generetur unum
tertiæ speciei, hæc tertia species non continet
eminenter illas duas; quia esset perfectior utra-
que; res quippe simplex, eminenter continens
plures, & omnes perfectiones earum, necessa-
rio debet esse excellentior utraque; hoc autem
(inquit Suar. sup. num. 14.) in illo exemplo
nunquam invenitur, ut experientia constat, &
ratione; quia quando effectus est æquivocus,
potius ipse debet eminenter contineri in cau-
sa, quam eminenter continere causam. Ergo

Tomo II.

illa tertia entitas non erit eminenter visio, &
fides. Non etiam formaliter: quia sic pro-
prietates repugnantes, v. g. claritas, & obscu-
ritas formaliter uni & eidem actui compe-
terent.

Resp. Lugo sup. num. 119. illum assensum
esse obscurum respectu revelationis, quam
nullo modo clarè, sed obscurè repræsentat: at
verò respectu rei revelatæ absolute esse cla-
rum; licet enim dici posset non tendere clarè
in rem revelatam sub motivo revelationis, non
tamen debet dici absolute tendere obscurè;
quia obscuritas simpliciter non solum signifi-
cat præcisionem, sed realem carentiam clarita-
tis, quam carentiam ille assensus non habet:
non est autem de ratione actus fidei, quod
absolute sit obscurus respectu rei revelatæ; sed
quod non repræsentet eam clarè ex vi revela-
tionis. Quod idem de evidentia cum propor-
tione dicendum est. Ita Emin. Sed videtur
petere principium: nam Alii asserunt, actum
fidei debere absolute esse obscurum respectu
rei revelatæ, ut sup. audivimus ex Del Castil.
qui, licet doceat, unum & eundem actum posse
esse fidem naturalem, & infusam, negat tamen,
eundem numero actum posse procedere, ad-
huc de potentia Dei absoluta, à motivo fidei,
& à motivo scientiæ propriæ, seu per proprias
species, qualis scientia est visio beatifica, de
qua hic tractamus. Probat à priori; quia repu-
gnat per locum intrinsecum, quod idem nu-
mero actus sit evidens, & inevidens privative;
sed actus, qui procedit à motivo scientiæ per
propriam speciem, esset evidens, & in quantum
procedit à motivo fidei, esset inevidens privati-
vè; ergo &c.

Et confirmatur; quia, etiam si fides non ha-
beret inevidentiam privativam, haberet nihilo-
minus inevidentiam negativam; sed actus
scientiæ propriæ, in quantum talis, haberet
evidentiam positivam: ergo evidentia positiva
esset inevidentia negativa, vel causa illius,
quod non minus repugnat, quam quod albe-
do sit causa non albedinis: ergo etiam de po-
tentia absoluta non potest idem numero actus
esse fidei, & scientiæ per proprias species. Hæc
ille. Quæ ego sup. perstrinxi, & non convin-
cunt intentum, nisi apud illos, qui admittunt,
illam inevidentiam esse necessariam. Et ideo
addidi alias probationes, quæ nec ipsæ om-
nino efficaces sunt, ut latè ostendit Lugo disp.
2. Sect. 3. ubi tenet oppositam sententiam. Pro-
bat autem eam hac ratione num. 114. quia,
Deo revelante idem mysterium per tres, vel
quatuor revelationes, possum unico assensu
credere mysterium propter omnes illas reve-
lationes, & tamen singulæ sunt diversa nu-
mero motiva formalia sufficientia: ergo sicut
eodem numero actu possum assentiri propter
motiva numero diversa; sic etiam eodem
assensu in specie possum assentiri propter
motiva specie diversa. Sic ille. Sed facilè Re-
spondetur in nostra sententia, revelationem
non esse motivum, sed solam auctoritatem
divinam,

Yy

42.
Lugo ponit
illam noti-
tiam obscu-
ram & cla-
ram.

Sed peto
principium.
Del Castil.

43.
Evidentia
& inevi-
dentia in
eodem actu
repugnant.

Lugo tenet
oppositam
sententiam.

Rationes
ejus facilè
solubiles.

*Judicium
hypotheticū
est com-
plexum.*

*Actus mali
non specifi-
cantur ab
objecto, sed
à rectitudi-
ne, quā pri-
vant.*

*44.
Conclusio
repetitur.*

divinam, quæ cum sit eadem in omnibus istis revelationibus, quid mirum, si unus numero actus elici possit? Confirmat suam probationem Lugo; quia iudicium mentale hypotheticum, quo ego iudico, Petrum esse Romæ, & esse doctum, habet duo objecta specie distincta, quorum singula potuissent terminare singulos actus seorsim; & tamen potest intellectus unico actu utrumque objectum complecti. Resp. istum actum esse eodem modo complexum, sicut ejus objectum: cum ergo objectum non sit unum, neque actus erit unus, nisi hypotheticè, ut sic loquar, hoc est, compositus ex duobus actibus simplicibus. Confirmat 2. exemplo specierum moralium: nam idem actus potest habere plures malitias, alioquin specie diversas, v.g. voluntas furandi propter luxuriam. Resp. disparitatem esse, quod actus malus propriè non specificetur ab objecto, sed à rectitudine, quā privat; potest autem privare pluribus rectitudinibus, ut patet in exemplo posito, in quo voluntas illa privat rectitudine iustitiæ, & castitatis. Et maximè, cum malitia non debeat intendi, ut actus sit malus, sed sufficiat eam cognoscere, quæ cognitiones non specificant actum voluntatis.

Hæc dicta sint disputationis ergo, non autem resolutionis, nisi inquantum spectant ad visionem, & fidem; nihil enim aliud Conclusio nostra docet, quam, occurrentibus in eodem intellectu lumine gloriæ, & motivo fidei, intellectum viâ ordinariâ non eliciturum duos actus, unum visionis beatificæ, & alterum fidei, neque unum tertium, sed solam visionem beatificam; utpote quæ sola præstat intellectui totum, quod fides, vel alius tertius actus ipsi posset præstare. Quidquid sit de absoluta possibilitate, quæ planè incerta est, non solum defectu experientiæ, quis enim experitur, se duos actus simul, vel unum elicere? sed etiam defectu efficacia rationis pro utraque parte. Maneat ergo utrique sententiæ sua probabilitas. Si autem à me queritur, an eadem sit ratio fidei habitualis, ut nec ipsa possit stare naturaliter cum visione beatificæ. Resp. & erit

CONCLUSIO III.

Naturaliter consistunt lumen gloriæ, visio beata, & habitus fides.

*45.
Non repug-
nant lumen
gloriæ, visio
beata, &
habitus fi-
dei.
Scotus.*

Quæ enim repugnantia inter illa? Nullam invenio, saltem propriè dictam: sed neque Doctor Subtilis, qui 3. dist. 31. qu. un. 5. Respondeo, num. 2. sic ait: Quod si succedant (in patria) aliqui actus repugnantes illis, qui nunc habentur, ut videre, & tenere, succedant, credere, & sperare; illi actus succedentes non habent propriè impossibilitatem ad habitus fidei, & spei. Probat: Quia, Paulus in rapta habuit saltem

actum visionis: & tamen non erat in eo evacuatus habitus fidei: igitur ille actus non repugnat habitui fidei. Quomodo evidentiùs posset docere nostram conclusionem? Pergit: Non ergo evacuatur (in patria) fides, & spes, quia succedat eis aliquid impossibile; sed quia essent superflui; & deinde propter alias rationes. Quando ergo Scotus 3. dist. 24. qu. un. 5. sed si loquamur num. 17. dicit: fides repugnans visioni, quia termini non apprehenduntur in particulari sub propriis rationibus, ideo principia non sunt nota ex evidentia rei, & per consequens conclusio non est scientifica; alioqui tota Geometria, & fides staret simul: habetur tamen cum fide à multis aliis habitibus, quo assentitur veritati Scripturæ sumitur, & non uni veritati propter aliam, sed cuiuslibet immediatæ. Hic, inquam, Doctor intelligendus est de fide actuali: nam in ead. q. 5. ad aliud, num. 21. admittit, quod Apostoli simul eum intuitiva cognitione crucifixionis habuerint habitum fidei, qui inclinasset in illud objectum, nisi talis notitia adfuisset. Propria ejus verba habet Eadem Conclusio, præced. Idem significat, ibi, num. 9. fides non dicens: Contra hoc etiam, quod dicit (Henricus) quod scientia non potest præcedere fidem, sed necessario sequitur, arguo sic. Aut hoc est propter formalem repugnantiam illorum habituum inter se, scilicet quod fides non posset inesse post scientiam habituum; aut hoc est propter formalem repugnantiam objectorum. Primum non potest dari; quia si sit, tunc scientia non posset inesse post fidem, cuius oppositum ponis: cum igitur ponas istos habitus compatibles, videtur, quod scientia possit præcedere fidem. Si habitus scientiæ, & fidei sint compatibles, quidni etiam habitus fidei, & actus scientiæ, item habitus scientiæ, & actus fidei? Ergo etiam habitus fidei, & visio beatificæ. Quæ enim major repugnantia in his, quam in illis?

Si dicas: visio, & lumen gloriæ requirunt in intellectu dispositionem quamdam, incommensurabilem cum habitu fidei. Resp. gratis id asserti; ac per hoc, si tu dicendo probasti, ego negando reprobavi. Sanè intellectus de se sufficienter est dispositus, ut recipiat lumen gloriæ, & visionem. Expectabimus ergo probationem istius Assumpti, quam hactenus non vidimus. Nec valet hic argumentum ab actibus ad habitus; actus sunt impossibiles; ergo etiam habitus; nisi intelligas, in cauendo simul, secus quoad inexistentiā. Sic quippe gravitas, & impetus simul inexistunt eidem lapidi; sed non simul causant motum sursum, & deorsum. Sic etiam eadem voluntas potest elicere actum amoris, & odii, & idem intellectus assensum & dissensum; ergo ex repugnantia actuum non bene arguitur repugnantia principiorum, sed unum & idem principium potest elicere actus contrarios; atque adeo ex repugnantia actus fidei cum visione beatificæ circa idem objectum non rectè inferitur repugnantia habitus fidei; qui se solum habet ut principium actus. Fateor, habitus desumunt suam repugnantiam ab actibus; non tamen ejusdem rationis, id est formalem, & propriè dictam, sed